Universitätsbibliothek Paderborn

# De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Quando Hostia est confracta, & quando ejusdem particula remanet in fundo Calicis n. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

a & Sylveſtrum b putantes eſſe Sacrilegium Species comburi; ſolum enim id verum habet, ſi ſub illis eſt Chriſtus Dominus, nõ vero iis exſiccatis, quando Dominus ibi eſſe deſiit.

5 Adverte tamen tunc ſolum eſſe licitum eiuſmodi vomitum provocare, quando cognoſcit ſacerdos, quod ſpecies à ſe ſumptæ, veneno, ſeu ſimili tabe fuerint infectæ: de qua tota re diximus a in Opuſculo de expedienda Communione.

*Quando Hoſtia eſt confracta, & quando eiuſdem Particula remanet in fundo Calicis.*

5. SI Hoſtia appareat fracta ante conſecrationẽ poſt oblationem (idem dic de quacumque ſimili macula accidentali) non eſt inconve-

a *Palud. apud Gavant in Rubr, Miſſ. pa. 3. c. 10: nu 6* b *Silveſt. apud eund. ibid.* c *Opuſc. de exped, com. c. 3. §. 4.*

conveniens, eam conſecrare, niſi forte populo ſcandalum ſit: tunc enim alia accipienda eſſet, & oblatione mente concepta, offerenda, de illa autem, quæ fuit oblata; fiat illud quod diximus ſupra c.7.§.5. n.5. Si appareat fracta ante oblationem, accipiatur altera integra, ſi citra ſcandalum, vel longam moram fieri poterit, ſecus eadem, ſine ſcrupulo utaris.

7 Si aſſumendo ſanguinem, particula remanſerit in Calice, digito eam ad labium Calicis adducito, & ſumito: vel quod decentius eſt, vinum infundito, & ſume: immo ſi ſit neceſſe bis, ter, vel amplius vinum infundere, & ſumere, id facere poteris ſine timore fractionis jejunii naturalis, ut alibi dictum eſt.



a *In Opuſc. de exped. com. c. 2. §. 8. num. 38.*